

Petitio pro salvo conductu ad Pragam, Joannis
Capistrani ad Regem Boëmiæ Ladislaum.

FEWS, HBS IV.

Serenissima Sacra Regia Majestas orationibus fidelissimis precibus, commen-
dationem humillimam cum omni officio obsequendi. Multorum voce intelligens serene-
²⁷issimam Majestatem vestram Inlyti Regni Boëmiæ summo cum triumpho ac indi-
cibili quodam animi gaudio & jubilo, nuper possessionem suscepisse non potui vobis
non aggratulari. ac immensas divina Majestati gratias agere & laudes decantare;
quod vobis pro ineffabili sua clementia diebus meis tam munificam tamq[ue] jucundam
gratiam contulit. Quid enim felicius? quid illustrius? quid deniq[ue] glorioius La-
²⁸ci Vestra Majestati succedere potuit, quam eam ad omnes regias paternas
sedes esse evectam, & in eis cum subditorum consensu honorificè, tranquille, pacificèq[ue]
collocatam. Magnum hoc profecto beneficium vobis cœlitus impensum & ad eos meâ
sententiâ magnificendum, ut fugatâ omni ingratitude quâ est inimica animâ spi-
ritibus multarum virtutum dispersis beneficiorum, perditis, ventus urens ex-
sicans fontem pietatis, rorem miâ & fluenta gratia. Non minus prohibeati-
um quam pro recipientium honore & gloria vobis vacandum sit. Hic est enim
Regum & Principum omnium Christianorum verus splendor, hæc vera laus, hoc
immortale ornamentum, ut Catholicam fidem Sacra Romani Ecclesiæ dignitatem,
& potestatem tueantur & protegant, segregatas divisaq[ue] gentes foviant & conjun-
gant, quandoquidem extra hanc unitatem nulla queat salus reperiri, nam sic in dilu-
vio nullus salvatus fuit, nisi qui in Arca Noë permansit, ita etiam nullus salvabitur,
nisi

nisi